omnis sapor vel est extremus vel medius. Si extremus sic sunt duo sapores scilicet amarus et dulcis. Si autem sit medius vel hoc est per equalem distantiam et sic est sapor acutus qui videtur distare ab amaro et dulci. Si autem non sit per equalem distantiam tunc sapor ille vel est inter acutum et dulcem vel inter acutum et amarum. Si inter acutum et dulcem vel magis appropinquat dulci et tunc est pinguis sapor, vel magis appropinquat ad acutum et sic est [?] sapor. Si autem sit inter acutum et amarum vel magis appropinquat amaro et tunc est sapor salsus, vel magis acuto et tunc est sapor ponticus. Secundum semper patiens est tale in potentia quale est agens in actu. Et quia organum gustus patitur a gustabili tanquam ab obiecto, oportet quod organum gustus sit huiusmodi potentia gustabile vel huiusmodi actu factum. Unum

tactus et gustus potabile. Quoniam autem humidum quid gustabile, necesse est sensitivum neque humidum esse actu neque impossibile fieri humidum. Patitur enim gustus aliquid a gustabili secundum quod gustabile est. Necesse est ergo humectatum fore quod possibile humectari salvatum, non humidum autem gustativum sensitivum. Signum neque siccam existentem linguam sentire, neque multum humidam. Hoc autem tactus fit secundum primum humidi. Sicut enim aliquis quando gustaverit fortem humorem postea gustat alterum, ut laborantibus amara omnia videntur propter illud quod lingua eorum plena huiusmodi humiditate sentit. Species autem humorum sicut et in colore simplices quidem contrarie sicut dulce et amarum, habite autem sunt huic hac quidem pingue, huic vero salsum. Medium autem horum austerum et ponticum et acutum. Fere autem hee

De tangibili autem et tactu

Premisit philosophus determinat de gustabili. Hic consequenter in isto capitulo determinat de tangibili. Et sub dividitur: primo premittit quasdam dubitationes et eas pertractat. Secundo determinat de medio, obiecto et organo, ibi: Utrum autem. Prima pars dividitur in duas partes: primo dat suam intentionem. Secundo prosequitur ibi: Si enim tactus. Dicendum philosophus ut quod illa littera de tactu et tangibili est eadem ratio ~~utrum unum vel plura tamen quia magis clare sit quando pluralitas tactus~~. Nam si tactus est sensus unus, tangibile erit unum sensibile. Et si sensus tactus est plures sensus, tunc tangibilia dicentur sensibilia plura et diversa. Si tangibilia sunt unum, tactus sensus erit unus. Et si tangibilia sunt diversa et non unum necesse et tactus erit sensus non unus sed plures. Et dicit Commentator quod licet tactus et tangibile eandem habeant ad esse unum vel plura, tamen quia magis clare patet de pluralitate tactus quam pluralitate tangibilium, ideo philosophus tamen movet questionem de unitate et pluralitate tactus magis quam de unitate et pluralitate tangibilis. Dividitur

Omnis etenim sensus

hic philosophus pertractat questiones superius motas. Et dividitur: primo pertractat primam, secundo secundam ibi: Utrum autem. Prima in tres. Primo ponit argumentum ad probandum tactum non esse sensum unum. Secundo ad hoc argumentum ponit quandam solutionem ibi: Habet autem solutionem. Tertio illam destruit ibi: Sed quod sit. Dicendum philosophus et littera arguit: omnis sensus unus est unius contrarietatis perceptivus. Et hoc declarat philosophus in littera per inductionem, in visu qui est albi et nigri, in auditu qui est acuti et gravis soni, et in gustu qui est dulcis saporis et amari. Sed tactus non est unius contrarietatis perceptivus sed plurium, scilicet calidi frigidi humidi et sicci, ergo non est sensus unus. Item secundum omnis sensus unus est unius obiecti, nam sicut scientia sumit unitatem a subiecto, ita potentia ab obiecto. Sed scientia una est unius subiecti et cuius partes et passiones considerantur, ut dicitur primo posteriorum, ergo omnis sensus unus debet esse unius obiecti perceptivus. Sed in omni genere est reperire unam primam contrarietatem, ut declarat philosophus quarto methaphysice, ideo omnis sensus unus debet esse perceptivus unius contrarietatis prime. Sed quia tactus non est talis, ideo non est unus. Sequitur: Habet autem

Habet autem solutionem hic philosophus ponit solutionem apparentem ad predictum argumentum, quia aliqui volebant argumentum impedire interimendo maiorem ubi dicitur omnis sensus unus et cetera. Et dicunt quod hoc non est verum, quia auditus percipit sonum acutum et gravem et non solum illa, sed etiam magnum et parvum, asperum et lene.

Et visus similiter multos colores contrarios, ergo unus sensus potest percipere multas contrarietates, ergo non est unius contrarietatis perceptivus. Et tunc philosophus destruit hanc solutionem, quia ista obiectio que facta est non valet, quia iste contrarietates percepte reducuntur ad unam primam, ut ad unum subiectum, sicut omnes differentie sonorum ad sonum et omnes differentie colorum ad lumen. Sed contrarietates que sunt in tangibilibus non possunt reduci ad unam contrarietatem ut ad unum subiectum, ~~duplicatur subiectum~~ ideo de necessitate ipse tactus non est unus sensus, et sic prima ratio stat in vigore. Item secundum subiectum dupliciter accipitur, uno modo pro substantia, et sic omnes contrarietates similiter et qualitates possunt habere unum subiectum, sed in proposito non loquitur de subiecto. Alio modo subiectum dicitur illud ad quod omnia obiecta sensus habent attributionem et per eius cognitionem omnia cognoscuntur. Sic accipitur hic subiectum, et sic respectu potentie auditive subiectum est sonus, respectu visive lumen vel color, sed tale unum non reperitur in tactu, quia sua obiecta sunt quatuor qualitates prime, quarum nulla ad aliam reducitur, ideo tactus non est unus sensus.

Utrum autem et sensitivum Hic philosophus pertractat secundam questionem et dividitur ista pars in duas partes. Primo movet eam, secundo ... ibi Dubitabit autem. Prima in duas: primo movet questionem et ponit quandam ... circa questionem; secundo ponit motivum ... ibi propter quod. Dubitatio est utrum organum tactus sit intus sub carne vel ipsa sit medium. Et dicit quod quidam putabant organum tactus esse carnem, et ducebant huiusmodi signum, quia statim tangibilia posita supra carnem percipit ipsa. Sed philosophus dicit quod illud signum est nullius valoris, quia si aliquis extenderet unam pelliculam gracilem circa corpus, tunc statim tangibile appositum percipitur per illam, et tamen patet quod illa pellicula non est organum tactus, sed potius medium, sic est in proposito. Secundum commentatorem dicit quod illud signum quod quidam habebant pro illo quod caro esset organum tactus magis concludit ad oppositum, quam ad propositum, nam propter hoc quod tangibile positum supra carnem statim percipitur, infertur quod caro non sit organum, quia sensibile positum supra organum non fit sensus et cognitio sensibilis, sicut si album aliquod ponatur supra oculum non percipitur nec cognoscitur. Ergo cum supra carnem positum calidum sentiatur, caro non dicitur organum sed medium. Item si illud signum valeret, tunc aliquod extrinsecum et non connaturale corpori esset organum tactus, sicut si quis caperet pelliculam gracilem cum qua circumdaret corpus et applicaret tangibile, tunc et statim perciperetur idem tangibile, et tamen certum est quod talis pellicula non est organum tactus. Unde philosophus in littera nominavit pelliculam ... per similitudinem ... est pellicula ... subtilis in qua consistit ... et eadem ...

Humorum differentie ... et gustabilium. Sapor potentia est huiusmodi, gustabile autem actu huius est factivum. Sequitur capitulum de tactu.

De tangibili autem et tactu eadem ratio. Si enim tactus non est unus sensus sed plures, necessarium est et tangibilia et sensibilia plura esse. Habet autem dubitationem utrum plures sint an unus, et quid est sensitivum tangibilis, utrum caro et in aliis proportionabile est aut non, sed hoc quidem medium, primum autem sensitivum aliud quid intus. Omnis etenim sensus unius contrarietatis esse videtur, ut visus albi et nigri, auditus gravis et acuti, gustus amari et dulcis. Tangibili autem multe insunt contrarietates, ut calidum humidum frigidum siccum durum molle et aliorum quecumque sunt huiusmodi. Habet autem solutionem quandam ad hanc dubitationem

Demonstrat autem quod plures Hic philosophus confirmat dictum suum quod tactus non sit unus sensus sed plures. Et potest haberi talis ratio: gustus et tactus sunt plures sensus distincti realiter, ergo tactus est plures realiter. Antecedens patet, quia gustus sentit tangibilia ... per linguam tantum, sed tactus per omnes alias partes corporis, ideo sunt distincti realiter. Sed si gustus perciperet qualitates tangibiles per saporem et per omnes partes corporis sicut tactus, tunc videretur esse unus sensus, et tamen essent plures sensus realiter, quia diversa habent obiecta formaliter. Sic est de tactu. Si enim per unam partem determinatam corporis perciperemus calidum et frigidum, et per aliam determinatam partem ... humidum et siccum, tunc tactus esset plures manifeste. Sed quia per quamlibet partem hec omnia cognoscimus, ideo tactus est plures realiter. Secundum philosophus videtur hic relinquere sensum tactus utrum sit unum vel plures. Sed dicendum videtur quod sit unus, quia si essent plures tunc non sunt tantum quinque sensus, quod est contra philosophum secundo huius dicentem illum esse unum.

[illegible] habet obiectum unum secundum genus. Et tactus est huiusmodi, quia dicit Commentator: et quale est genus, in quo omnia obiecta tactus conveniunt, quod est unus sensus ad illa dictum ad primum cum dicitur: Si essent plures sensus, tunc non essent tantum quinque. Dicitur quod plures sunt quam quinque formaliter. Et quod Philosophus probat quod non sunt plures quam quinque, hoc veritatem habet materialiter, vel potest dici quod Philosophus recte loquitur ad istum sensum quod non sunt aliqui sensus praeter quinque, qui sunt in nobis. Ad aliud cum dicitur: sensus est unus qui est unius generis, conceditur propinqui et immediati. Et omnia tangibilia habent unum genus remotum et non propinquum, ideo tactus est plures formaliter etc.

Dubitabit autem quis si omne corpus simplex eius dictis et quod in aliis sensibus sunt contrarietates plures ut in voce non solum acumen et gravitas sed etiam magnitudo et gravitas parvitas et lenitas asperitas vocis similia et alia. Sunt autem circa calorem differentiae huiusmodi aliae, sed tamen hoc sit unum subiectum sicut auditui sonus, sic tactui non est manifestum. Utrum autem est sensitivum intus autem non sed mox caro nullum videtur esse signum. Fieri enim sensum cum tangunt simul. Et nunc si aliquis circa carnem extendit ut hymenem faciens similiter sensum mox tactum insinuat, et tamen constat quod non est in hoc sensitivum. Si autem et connaturale inhaereat citius utique pertingit sensus. Propter quod talis pars corporis videtur se habere sicut si circa aerem nobis aptus esset. Videremur enim uno quodam sentire et sonum et odorem et colorem, et unus quidam sensus esse auditus et visus et olfactus. Nunc autem quoniam

primus Philosophus determinavit unam quaestionem de pluralitate tactus et notificavit carnem non esse organum, sed medium coniunctum in tangendo. Hic circa dicta movet aliam quaestionem. Et dividitur in duas partes. Primo facit quod dictum est. Secundo movet aliam quaestionem incidentem et primam ibi: Utrum igitur. Prima subdividitur: prima ponit quasdam suppositiones, secundo arguit ex ipsis ad propositum ibi: Si autem. Hoc dictum est secundum Philosophum. Vult tantum dicere aliquis dubitabit utrum ad tangendum requiratur medium extrinsecum vel non. Et subiungit suppositiones, quarum prima est: omne corpus habet profunditatem quae est tertia dimensio. Secunda: quorumcumque corporum est aliquod medium corpus, non contingit illa ad invicem se tangere immediate. Tertia suppositio: humidum non est sine corpore nec humectum, sed quod est tale necesse est esse aqueum vel habere aquam in extremitatibus. Quarta suppositio: quaecumque corpora sunt se tangentia in aqua necesse est aquam habere medium, quo repleta sunt eorum ultima extremitates. Et suppositionibus positis et ostensis sic arguit: quaecumque tangunt aliquid in aqua, non tangunt illud mediante aqua. Ista suppositio patet ex secunda et quarta suppositione. Et pisces tangunt aquam in aqua, sed lapides vel ligna [illegible] tangunt hoc mediante aqua. Et similiter est de his quae habitant in aere, quae tangunt aliquid mediante aere. Ergo ad tangendum requiritur medium extrinsecum praeter quinque sensum. Item solum prima suppositio est utilis propter hoc quod sequitur: si unum humectum tangit aliud in aqua, [illegible] mediante qua corpora se tangunt est una parva, quod pro nihilo reputatur. Et [illegible] Philosophus dicit: etiam nunc non minimum parva est corpus est, et omne corpus habet profunditatem, ideo corpora in aqua se tangentia tangunt se per aliquod medium, et pro aliquo est reputandum [illegible] quod corpus dicitur accipitur [illegible] pro [illegible] quantitatis continuae, et quodlibet corpus habet profunditatem [illegible] alio [illegible] substantiae, sic habet profunditatem [illegible] et omne corpus [illegible] cum sit quantum [illegible] [illegible]. Item secundum Philosophum dicit quod omne humidum vel humectum est aqua vel habet aquam. Contra est [illegible] quod dicitur est nec humidum et humectum, quia humidum dicitur quod [illegible] quod intra se et usque in profundum [illegible] sicut aqua vinum. Et humectum dicitur quod [illegible] in superficiebus tantum, ut aliquod lignum quod iacet in aqua. Et [illegible] aliquid est humidum quod [illegible] aqua nec habens aquam [illegible] [illegible]. Ad hoc dicendum est quod per humidum Philosophus intelligit humidum male et grossum, et nobis manifestum, et hoc primum est aqua, vel et quia alia liquida. Et per humectum intelligit illud quod grosso et [illegible] humidum est humectatum, et quod est humectatum aliis liquidis [illegible]. Et quando instantia procedit de humido subtili, quod est aer, [illegible] valet. Item [illegible] quartam suppositionem Philosophus [illegible] movemini quod aqua sunt in aqua et [illegible] sunt [illegible] [illegible] sunt in aqua et cum [illegible] [illegible] in [illegible] manent [illegible] quod pennae anatum quae sunt in aqua sunt madidae et humectae [illegible] quod est visu notabile [illegible] est aqua est [illegible], ideo cito descendit a corpore [illegible] et [illegible]. Et quia [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

aliquod huiusmodi in pennis, attamen est, licet parvum, sequitur. Deinde hic philosophus ex dictis que-

Utrum igitur omnium sensibilium movet aliam questionem, utrum omnium obiectorum
consimiliter est percipere per medium extrinsecum, sicut sequitur ad percipiendum visibile et au-
dibile. Et dividitur ista pars in duas partes: primo movet questionem cum oppositione quadam
dans falsam solutionem et destruens eam. Secundo ostendit veritatem questionis ibi: Et de-
terminatum [?]. Dicendum philosophus vult dicere quod adhuc est dubium utrum omnia obiecta sensuum sentiuntur
per medium extrinsecum vel modo diverso. Et tunc subiungit falsam solutionem quorundam volentium
quod gustus et tactus sua obiecta percipiunt immediate sine medio extrinseco, et alii sensus percipiunt
per media extrinseca. Deinde reprobat eandem solutionem dicens quod non sic est, quia durum et
molle percipimus per media extrinseca, sicut sonabile, visibile et odorabile. Sed ista sonabilia
et visibilia percipiuntur per magnam
distantiam, et gustabile et tangibile
per parvam. Et ideo quod sic est, tunc
ignoramus nos sentire per medium
extrinsecum, certe sicut si omnia tangibi-
lia sentiremus per pellem super ductam
nobis, non tamen quod ignoremus. Deinde [illegible]
quod adducit philosophus bene valet
ad propositum, quia sicut per pelliculam
circumductam in aliqua parte igitur
percipimus tangibilia per medium
extrinsecum et credimus non sentire nos
per medium sed immediate, ita et est ad
propositum de sensu tactus. Etiam
de aliis que percipimus per aerem, quia
crederemus nos sentire sine medio ex-
trinseco, sed non est ita. Deinde

Sed differt tangibile a vi
hic philosophus solvit questionem predictam mo-
tam, volens dicere quod non similiter
ad tangendum requiritur medium extrin-
secum sicut ad videndum vel au-
diendum, quia in audiendo obiectum
primo movet medium, postea medium
sonorum movet organum ad perceptionem.
Sed in tangendo non sic se habet medium
extrinsecum, sed simul movetur a tangi-
bili aer et caro, et non prius et postea.
Exemplum eius de homine clipeato quod
percutitur baculo non prius [?]
clipeus et postea homo. Deinde Secundum sub
ibi: Omnino autem videtur philosophus prius [?]
ponit quasdam differentias mediantes [?]
sicut tactum, sed determinat veritatem quantum
ad naturam medii, obiecti et organi tac-
tus. Et secundum hoc ista sunt [illegible]
primo proponit intentionem suam. Secundo
probat eam ibi: palam [?] quod caro et lingua
sunt medium non organa tactus, sicut
aer et aqua sunt medium extrinsecum visus, auditus et olfactus etc.

Determinatum est per quod sunt motus. Mani-
festa sunt predicta sensitiva altera esse. In tactu
autem hoc quidem manifestum est. Si aere quid
enim aut aqua impossibile est constare anima-
tum corpus; oportet enim firmum esse. Relinqui-
tur autem mixtum ex terra et ex his esse et vel-
ut caro et proportionabile. Quare necessarium est et
corpus esse quod medium tactui adnatum est, per
quod fiunt sensus cum sint plures. Demonstrat
autem quod plures sunt qui in lingua tactus. Om-
nia enim tangibilia sentit secundum eandem
partem et humorem. Si quidem igitur et alia ca-
ro sentiret humorem, videtur unus et idem sen-
sus gustus et tactus. Nunc autem sunt duo
propter illud quod non convertuntur. Dubitabit
autem quis si omne corpus profunditatem habet. Hec autem
est tertia magnitudo. Quorum autem duorum
corporum medium est corpus aliquod [illegible]

Ipso autem sensitivo lingua non sunt organa sed sunt media. Et ad idem medi-
cinum [?] sit de lingua et carne, ideo principaliter probat de carne. Et arguit sic: illud quod super
tangibile positum percipitur non est organum, quia sensibile positum super sensum non sentitur [?]
non sentit ipsum tangibile, sed calidum, frigidum etc. positum super carnem sentitur; ergo caro non
est organum sed potius medium in tangendo. In hac ratione sic procedit: quod primo ponit maiorem et inve-
nit unam partem conclusionis. Secundo ponit minorem ibi: super carnem. Tertio aliam
partem conclusionis ibi: circa medium. Secundo quod ista ratio habetur, quod caro non est orga-
num tactus. Sed illud quod est infra carnem et quod dicitur esse quidam nervus per totum
corpus animalis extensus, et caro dicitur esse medium organi tactus, quod probat philosophus in libro
[illegible] sensibile positum supra sensum non sentitur, sed tangibile positum super carnem sentitur. Illud
autem dicit [illegible] quod sensibile positum supra sensum non sentitur. Commentator dat duas causas
[illegible]
ad [illegible]
per aliquod medium [illegible] ad [illegible] distantiam [illegible]
[illegible] et non propter distantiam [illegible] videt, quod est [illegible], ergo medium
[illegible] sensus [illegible]
sunt [illegible]
non sit [illegible] requiritur medium [illegible]

Tangibiles igitur Hic philosophus determinat de obiectis tactus. Sciendum philosophus et littera vult quod obiecta tactus dicuntur tangibiles qualitates et sunt differentie corporis secundum quod corpus, per quas elementa distinguuntur ut enumerat in littera. Et sunt solum iste qualitates prime. Dicuntur differentie corporis simpliciter, quia sequuntur corpus communiter per quamcumque causam, alia abusive dicuntur. Unde corporis sciendum quod corpus accipitur uno modo pro substantia, et sic qualitates prime non sunt corporis differentie, sed potius animatorum et inanimatorum. Alio modo corpus accipitur pro quanto, et etiam de ipso non loquitur philosophus hic, quia tale precedit omnem actionem et passionem. Tertio accipitur pro corpore naturali quod est subiectum contrarie activa et passiva, et utitur in proposito. Item sciendum: elementa tripliciter accipiuntur: primo ut substantie, sic differunt et distinguuntur per suas proprias formas substantiales. Alio modo accipiuntur ut sunt res mobiles, sic distinguuntur per grave et leve. Tertio accipiuntur ut activa et passiva ad invicem. Sic in proposito loquitur de ipsis. Item sciendum: liber de generatione et corruptione vocatur liber de elementis, propter hoc quia in ipso specialiter tractatur de elementis, alias tractatur de generatione aliorum, hoc est consequenter et incidentaliter. Sciendum

tangit ipsa ad invicem se tangere. Humidum autem non est sine corpore, neque humectum, sed necesse est aquam esse aut habere aquam. Que vero tanguntur ad invicem in aqua nisi sint sicca extrema, necesse est aquam habere medium quo repleta sunt ultima. Si autem hoc verum est, impossibile est tangere aliquod aliud sine medio in aqua. Eodem autem modo est in aere. Similiter enim se habet aer ad ea que sunt in ipso et aqua ad ea que sunt in aqua. Latet autem magis nos, sicut et que sunt in aqua animalia si humectum tangit humectum. Utrum autem omnium similiter est sensus, an aliorum aliter, sicut nunc videtur gustus quidem et tactus in tangendo, alii autem a longe. Hoc autem non est, sed durum et molle per altera sentimus, sicut et sonabile et visibile et odorabile est. Alia quidem a longe, alia quidem de prope. Propter quod latet, quoniam omnia sentimus per medium, sed in his latet. Et quidem sicut dixi[mus]

Sensitivum quidem ipse Hic philosophus determinat de organo tactus. Et dividitur: primo facit hoc absolute, secundo comparative, comparando tactum ad alios sensus, ibi: Amplius autem. Nota philosophus vult dicere et littera quod organum receptivum qualitatum tangibilium. Et organum est illud in quo primo est sensus tactus, et est in potentia contra passivum, et qualitates habent contrariorum actu. Unde faciunt organum tale quales ipse sunt. Ideo qualitates similes organo non sentimus, quia non sunt ut sic in actu respectu organi, sed secundum qualitatem excellenter sentimus, quia organum consistit in proportione media qualitatum, et medium aliqualiter contrariatur utrique extremo. Unde sicut pupilla percipiens album et nigrum, quod ad utrumque est in potentia et non habens illud in actu, sic organum tactus cum sit medie proportionis ad extremas qualitates est in potentia, similiter tamen carnis habitudo (?). Item nota philosophus dicit quod organum tactus neque calidum neque frigidum. Contra: hoc dicit aliquis: quelibet pars mixti mixta est ut habetur primo de generatione, et quelibet pars carnis est mixta; ergo omne mixtum vel est calidum vel est frigidum; ergo organum tactus vel est calidum vel est frigidum, quod est contra dictum philosophi. Ad hoc dicendum est quod organum tactus consistit in gradu medio aliquarum qualitatum tangibilium; ideo non est quod est calidum vel frigidum medio sed absolute tactu perceptibilia actu habent qualitates sub suis excellentiis et vero illarum excellentiarum. Dicit philosophus quod organum tactus neque calidum est sub illo gradu sub quo obiectum est caliditatem; de frigido intelligitur similiter. Et dicitur quod organum tactus non caret caliditate et frigiditate simpliciter. Et hoc valent tactu. Et qua solutione apparet quod non est omnino simile de pupilla respectu colorum et de organo tactus respectu qualitatum tangibilium, quia pupilla nec habet actu colores extremos nec medium colorem, sed organum tactus licet non habeat qualitates extremas actu, sed tamen medio modo acceptas. Et primus philosophus determinat de sensibus

Oportet enim universaliter et obiectis eorum in generali et in speciali. Hic iam investigat communem modum seu naturam et rationem omnium sensuum. Primo facit hoc, secundo ponit quasdam questiones que moveri possunt et cum hoc solvit questiones ibi: Manifestum autem. Tertio movet quandam notabilem questionem et ponit eius solutionem, ibi: Dubitabit aliquis. Prima in duas: primo facit quod dictum est, secundo comparat sensum ad organum, ponens identitatem et diversitatem, ibi: Sensitivum autem. Qualiter autem dicere: hec est ratio omnis sensus quod recipiat speciem sui obiecti sine materia, et non sub esse materiali et grosso, sed spirituali. Et ponit exemplum de cera ...

sensus in communi rationes sensibilium [illegible] concludit [illegible] quod visus est receptivus specierum sensibilis sine materia et auditus [illegible] sine materia [illegible] quia commune omni [illegible] quod recipit formam [illegible] sine materia [illegible]

[illegible]

prius et si perciperemus omnia sentiremus tangibilia ignorato quoniam prohiberet. Similiter utique habemus sicut et nunc et in aqua et in aere.

Sensitivum vero primum

Putamus enim nunc ipsa tangere et nichil esse per medium. Sed differt tangibile a visibilibus et sonativis quoniam illa quidem sentimus eo quod medium aliquid movet nos, tangibilia vero non a medio sed simul cum medio sicut per clipeum aliquis percussus. Non enim clipeus percussus percussit sed simul accidit utraque percuti. Omnino autem videtur caro et lingua sicut aer et aqua ad visum et auditum et olfactum sic se habere ad sensitivum sicut illorum unumquodque. Ipso autem sensitivo tacto neque ibi neque hic fiet utique sensus, ut si quis ponat corpus album in oculi ultimum. Ex quo manifestum quod intus sit tangibilis sensitivum.

[illegible]

Manifestum autem est

[illegible]

Propter quod plante

[illegible]

animalem / nota et tunc phus vult quare arbores et plante non senciunt. patebit autem ex dicendis. Et probat hoc quia animal habet sensum / Et hoc duplici racione / et hoc sibi / Et precedens a tangibilibus prima racio talis est / Illud quod habet aliquam potentiam anime / habet sensum / sed arbores habent unam potentiam anime scilicet vegetativam igitur etc. Secunda racio talis est illud quod patitur a sensibili habet sensum / sed arbor patitur a sensibili scilicet a calido et frigido / quia calefit et frigefit igitur etc. Item nota dicendus dat causam illius quare plante non habent sensum / quia sensus datur animalibus a natura propter hoc ut querunt a longe alimentum conveniens / et disconveniens fugiant / sed arbores non querunt nutrimentum secundum locum / sed si haberent sensum / tales esset frustra / sed hoc est inconveniens / quia natura nichil facit frustra / Sed illa causa non est universalis quia quedam sunt animalia que sunt immobilia motu progressivo et tamen habent sensum ut animalia imperfecta que habent nutrimentum sibi conjunctum / Similiter dicitur de plantis / licet non moveantur secundum locum / tamen possint habere sensum / Et ergo cause que ponuntur in littera sunt tarde / Et declarat phus per simile.

Super autem carnem posita senciunt quare medium tactus est caro. Tangibiles quidem igitur sunt differencie corporis secundum quod corpus / Dico autem differencias quibus determinantur calidum frigidum humidum siccum / de quibus dictum est in hys que de elementis. Sensitivum quod ipsorum quod tactivum et in quo sensus vocatus est tactus primo potencia huius partis est / sentire enim quoddam pati est / quare faciens quale ipsum est actu / tale illud facit potencia existens. Unde simile calidum frigidum et durum et molle non sentimus set excellencias tamquam medietate quadam existente ea que in sensibilibus contrarietatis / et propter illud discernunt extrema sensibilia. Medium autem discretivum est. Fit enim ad utrumque ipsorum alterum ul- timorum // Et oportet quod sic debeat sentire album et nigrum et neutrum ipsorum esse actu potencia autem utrumque. Sic autem et in alys, et in tactu neque calidum neque frigidum // Amplius autem sicut.

Primo / quia haberet sensum / sed que media proporcionali elementorum qualitatum / sed plante non sunt tales / quia terra est in eis a do- minio / ut per grossiciem earum / et quia arbor est inepta ad indicandum / ideo arbor non habet sensum / Secunda causa / quia sensus recipit species sensibiles sine materia / sed arbor sic non recipit species / ergo non habet sensum. Item nota argumenta quo ponunt in littera ad probandum quod arbor non habet animam / non valent. Cum dicitur primo illud quod habet potenciam anime habet sensum / illud falsum / quia requiritur vegetativa sed aliquid ut prius dictum est / et ergo ad illud non sequitur sensus / Secunda causa est deinde recipit species sensibiles et quod patitur a sensibilibus habet sensum / ista eciam absolute non est vera / Sed debet intelligi quod patitur a sensibili et quod cognoscit sensibilia ipsum habet sensum / Sed cum dicitur planta est huiusmodi / igitur etc. hoc est falsum / licet bene patiantur a sensibili absolute / non tamen cum cognicione pati / ideo racio non valet.

Dubitabit tamen aliquis. Hic phus solvit questionem superius motam / Et subdividitur primo facit hoc / secundo solutum / ibi manifestum. Nota phus vult dicere in littera quod corpora carencia sensu / quod sunt manencia solida et firma / ut lapis lignum / Et hoc non patiuntur a sensibilibus / que sunt sonus et odor / Tunc ultimus ponit quandam dubitacionem / utrum aliquid patitur ab odore quod impossibile est olfactum habere / Similiter aliquid carens visu possit pati a colore / Et subiungit ultimus ibi / Si autem / ibi determinans de ipsorum / Et dividitur in tres partes / primo ostendit quod carens sensu non potest pati a sensibili / Tercio solvit questionem ibi / ergo nec illa sustinet. Illa pars subdividitur in duas partes / sed quod ostendit propositum duplici racione / Secunda ibi / Similiter sonus etc. Hic phus solvit unam questionem prius motam / Et subdividitur primo facit hoc / Secundo ponit solucionem. Nota phus

Similiter autem manifestum est et sic intendit in littera / quod corpora carencia sensu / quedam sunt que durant / et sunt firma / ut lapis et lignum / Et hec non patiuntur a sensibilibus / que sunt sonus et odor / Alia sunt corpora fluxibilia nec firma nec solida / sed faciliter passiva / sicut aer et aqua / et hec patiuntur ab odore / quia dicimus quod aliquis aer fetet / quia prius odorem recipit et passivus est / Deinde solvit argumentum prius factum / quod sic sit formatum. Illud quod patitur ab odore in solucione dicit phus quod illud quod patitur ab odore est duplex / unum absolute recipiens in se odorem / et aliquid pati potest ab odore et non habet olfactum / Aliud aliquid patitur ab odore quia recipit ipsum cum cognicione / iudicando de qualitatibus ipsius

quod patitur. Illud aliquomodo odorabile odorare patitur olfactus. Et ideo dicit philosophus quid est odorare preter pati, quasi diceret odorare addit super pati cognitionem odoris. Sequitur

Quod autem non sit Primo philosophus determinavit de sensibus particularibus et obiectis eorum in generali et in speciali, hic probat sufficientiam eorum. Et subdividitur hec pars, primo facit hoc, secundo iuxta dicta movet questionem et solvit eam ibi In quibus. Prima in duas. Primo dat intentionem suam, secundo arguit ibi Si enim ubi philosophus probat propositum et primo per comparationem ad sensibilia propria, secundo ad sensibilia quia ibi Sed vero. Prima subdividitur, primo ponit rationem inductivam, secundo ostensivam ibi Necesse. Prima ratio talis est, cui non deest sentire aliquid eorum que nata sunt sentiri, ei non deficit aliquis sensus. Sed hominibus et animalibus perfectis non deficit sentire eorum aliquid que nata sunt sentiri, ergo non deest eis aliquis sensus. Sed hominibus et animalibus, sed habent quinque sensus. In illa ratione se procedit et non patet maior propositio, sed minor manifesta est. Cui enim deficit sensus ei necessario deest sentire obiectum sensibile, ergo per oppositum cui non deest sentire aliquod obiectum sensibile ei non deficit sensus aliquis. Minorem partem minoris ponit secundum illam, hominibus non deficit sentire tangibilia, quia habemus tactum quo percipimus est tangibilium qualitatum. Secundum est cognitio presuppositum cognoscentes. Nam cognitio est in cognoscente tamquam in subiecto, ergo ubicumque omnis sensibilis cognitio ibi necessario est omnis sensus habens cognitionem. Sed in homine est cognitio omnis sensibilis ut ostendit per inductionem, ergo necessario homo habet omnes sensus. Aliter accidens staret sine subiecto, quia cognitio sensitiva esset sine sensu, quod est impossibile.

visibilis et invisibilis quodammodo sit visus. Similiter autem et reliquis oppositorum. Sic et tactus tangibilis et intangibilis. Intangibile quidem est omnino habens parvam differentiam tangibilium, ut accidit pati aer, et tangibilium excellentie sicut corruptive. Secundum unumquemque sensuum dictum est figuraliter.

Oportet enim universaliter de omni sensu accipere quoniam sensus quidem susceptivus est specierum sine materia, ut cera anuli sine ferro et auro recipit signaculum. Recipit autem aureum aut eneum signum, sed non inquantum aureum aut eneum. Similiter autem et sensus uniuscuiusque habentis colorem aut humorem aut sonum patitur. Sed non inquantum unumquodque illorum dicitur, sed inquantum huius et secundum rationem. Sensitivum vero primum est in quo huiusmodi potentia est. Quidam igitur idem, sed esse alterum est. Magnitudo enim quedam et nullus sensus magnitudo est.

Necesse est siquidem de In hac particula philosophus adducit rationem ostensivam ad probandum quod tantum quinque sunt sensus. Et dividitur in quatuor. Primo ponit quandam questionem, et quia traditur per suppositionem maioris, secundo ponit minorem ibi Et quedam, tertio infert conclusionem ibi Omnis igitur, quarto ponit quedam dubia ibi [illegible]. Nota argumentum est tale. Cuicumque non deficit aliquod organum sentiendi ei non deficit aliquis sensus. Sed hominibus et animalibus perfectis non deficit aliquod organum, ergo eis non deficit aliquis sensus. Sed homines et perfecta animalia habent tantum quinque sensus, ergo tantum sunt quinque. Illud autem [illegible] et primo celi et de tertio huius ubi dicitur Deus et natura nihil faciunt frustra. Natura enim non deficit in necessariis nec habundat in superfluis. Ideo si deficit sensus necesse est deficere organum, quia si ponatur organum et non sensus, tunc natura habundaret in superfluis, quia daret organum frustra. Etiam deficeret in necessariis, quia daret perfectibile sine perfectione, cum sensus est perfectio organi. In hac particula philosophus ponit minorem, scilicet

Et quecumque vero per media quod homines et perfecta animalia habent omnia organa. Et hoc probat dupliciter, primo ostendit hoc ex natura mediorum, secundo ex natura organorum ibi Simplicium autem. Prima pars subdividitur, primo facit quod dictum est, secundo ponit quoddam notabile ubi habetur si sic. De quo sic arguitur. Quecumque sentiunt per omnia media habent omnia organa. Sed homines et perfecta animalia sentiunt per omnia media, ergo etc. Minor rationis minorem philosophus declarat in littera: omne medium aut est quintum aut aer aut aquam. Sed homines sentiunt per medium quintum, quia hoc faciunt per tactum. Similiter per medium extrinsecum, quia per medium ut aerem et aquam, quare sequitur propositum. Tunc ponit philosophus notabile circa media extrinseca, et est illud: Si aliqua sensibilia extra diversa genere sunt apta nata

percipi per unum medium, ut color et sonus per aerem, tunc organum habens naturam illius medii seu quod conformatur nature illius, per ambo illa sensibilia comprehendet, et e converso si sit unum obiectum aptum natum cognosci per duo media ut calor per aerem et aquam, quodcumque est organum habens naturam alterius duorum mediorum vel unius, poterit tale obiectum percipere. Nota philosophus dicit quod quecumque sensibilia cognoscuntur per medium connatum et coniunctum illa cognoscuntur vero per tactum. Et dicit (et quibus) illa etiam possunt percipi per sensum communem, vel per intellectum, vel per gustum ut notum est. Ergo non tamen per tactum. Ubi est dicendum quod sensus exteriores sunt sicut ianua nostre cognitionis, et ergo nichil potest cognosci a sensu communi vel ab intellectu, nisi prius cognoscatur ab aliquo sensu particulari.

Et ergo quecumque sensibilia cognoscuntur per medium coniunctum, primo hoc est per tactum comprehendi, et etiam per sensum communem et intellectum quo ad suas essentias. Et si dicatur quod non per gustum, dicendum est quod gustus est quidam tactus, unde tactus similiter communiter ut se extendit ad utrumque sensum, sed tactus proprie dictum et sed gustum [illegible].

sensitiva i. fora et exteriora [illegible]

Sed medium quoddam et potentia illius. Manifestum excellentiis sensibilium

autem est ex his et propter quid sensibilium excel-

lentie corrumpunt sensitiva. Si namque sit for-

tior sensitivo motus solvitur ratio. Autem hoc erat

sensus. Et sic symphonia et tonus fortiter percussis

chordis. Et propter quod plante non sentiunt habentes

quandam partem animalem et patientem ab

tangibilibus. Et nam frigescunt. Causa autem huius

est non habere medietatem nec huius principium

est possibile recipere speciem sensibilium sed pati cum

materia. Dubitabit tamen aliquis si patiatur aliquid

ab odore quod impossibile est olfactum habere. Et si-

militer autem et in aliis. Si autem olfactibile

odor si aliquid facit olfactum odor hoc facit.

Quare impossibilium olfactum habere nichil possibile pati ab odore.

Pati ab odore est autem eadem ratio et in aliis. Neque

enim impossibilium. Et inquantum unumquodque

sensitivum. Similiter autem manifestum est et sic

Simplicium autem ex duo-

In hac particula philosophus probat alia ratione, minorem, scilicet quod homo et alia animalia perfecta habent omnia organa, et arguit sic. Omne organum aut est aque aut terre aut aeris aut alicuius huiusmodi, quia ignis in nullo organo dominatur, quia corrumperet ipsum, cum sit valde activus. Et tamen cum aliis reperitur in omnibus organis, quia nullum sensitivum est sine calore. Etiam terra non dominatur alicui organo, propter suam ariditatem. Et in tactu reperitur cum aliis elementis. Et nos bene habemus organum quod est aque ut pupilla, vel aeris ut organum auditus, aut alterius horum ut olfactus organum. Ergo concluditur quod habemus omnia organa. Nota philosophus dicit quod sensitiva et organa sunt ex duobus simplicibus et duobus elementis, et vocat elementa simplicia, non sic quod careant omni compositione, cum sint composita ex materia et forma. Et sunt simplicia quantum simpliciter opponitur mixto.

quia non sunt mixta ex aliis prioribus corporibus, sed sunt principia omnium mixtorum corporum. Et dicit quodlibet organum cum sit pars mixti, tamen in quolibet organo sunt quatuor elementa. Ideo pupilla non est a dominio aque tantum, et organum auditus aeris tantum. Sed dicit quod philosophus approbat hic organum in quo aqua excellenter reperitur superans alia elementa et in magno gradu puritatis. Et pupilla est aque etc., et auditus aeris tantum. Item nota ignis in magno gradu puritatis non dominatur in aliquo organo, quia cum sit valde activus corrumperet organum et sensum sensus. Et debilitatur per actionem aliorum elementorum, et sed debitam proportionem reducitur in quolibet organo reperitur, quia per calorem et spiritum sensus vitalem sensus operatur. Item nota terra in magno gradu puritatis non est in aliquo organo, quia est inepta ad perficiendum organum. Et mixta cum aliis elementis reperitur precipue in tactu. Et hoc dicit philosophus hic et in libro de sensu et sensato. Et dicit pupilla non est a dominio aque, quia quandoque aqua est congelabilis ut dicit philosophus quarto metheororum. Et pupilla non est congelabilis, quia inaudituri est quod aliquis patiatur frigus in oculo. Ergo pupilla non est a dominio aque. Item medium et organum debent esse eiusdem nature, sed medium videndi est aer, ergo organum visus scilicet pupilla est de tali dominio. Ubi dicendum quod pupilla est de dominio aque sicut patet ex quibusdam signis. Primum est quia si pupilla fuerit infecta, videtur fluere aqua. Secundum est quod oculi primo producti sunt [illegible] frigidi

sic et de aliis animalibus quibus [illegible] organa sensus non possunt sentire qualitates tangibiles neque [illegible]

aer

et humide. Et hec sunt proprietates aque. Tercium est quod natura in oculo ordinat aliud pingue quod ab aliquibus dicitur albugo, ut impediat congelacionem pupille. Et tunc quid sit dicendum ad rationes. Ad primam cum dicitur quod humidum aque est congelabile, dicitur quod verum est quantum est de se, sed preservari potest per aliquod adiuvans, et hoc est album pingue. Ad secundum cum dicitur medium et organum sunt eiusdem nature, [illegible] medium, sed aer est medium, organum est diaphanum et non organum aer, et quia eo diaphanis salvatur in aqua, et in ipsa melior constituitur subtilitas pupille, ita quod preservatur a frigore et eam meliorem receptionem habet specierum. Et sequitur textus [illegible]

Videtur enim et talpa

Hic philosophus removet quoddam dubium [illegible] quo subiungens aliam rationem pro probacione ipsius quod tot sunt quinque sensus. Et dubium quod removet est illud. Dictum est quod animalia perfecta habent quinque sensus, et quia in talpa oculi non apparent, visus videtur forte quod esset animal imperfectum. Ad hoc videtur philosophus quod habet oculos sub pelle, quare frequenter manet in terra, ideo pelliculam habet supra oculos ne oculi ledantur a terra, et debet dici animal perfectum. Nota ibi quod sunt [illegible] istam literam quam legunt quod philosophus in ea removet quoddam dubium, sed tamen melius legitur quod philosophus in ea innuit aliam rationem ad probandum quod tantum quinque sunt sensus. Et est ratio talis: nam omnia sensibilia cognoscimus, ergo omnes sensus habemus. Antecedens probatur: quia si esset aliquod sensibile quod non sentiremus, hoc esset aliqua qualitas ab hiis quas sentimus. Aut ergo esset prima et simplex aut secunda [illegible]. Si mixta, cum mixta sit ex primis, non est dare aliam qualitatem secundam ab hiis quas habemus. Si autem esset alia que imaginatur esse elementum aliud ab hiis quatuor in quo sit, quod est falsum et impossibile, ut in libro de generatione et in de celo et mundo. Ergo omnia sensibilia cognoscimus et etiam habemus omnes sensus, et habemus tantum quinque, ergo tantum sunt quinque sensus. Item ad hoc Themistius dicit: Omnium mortalium natura dedit nam perfectissima [illegible] illi premisit omnes [illegible] sensus in ministerium eius, sed homo habet intellectum qui est perfectissima virtus anime, ergo natura habet omnes sensus [illegible], sed homo habet tantum quinque sensus exteriores, ut [illegible], ergo tantum sunt quinque [illegible]

neque enim lumen et tenebre neque sonus neque odor nullum facit in corpore sensum, sed in quibus est ut aer qui cum tonitru scindit lignum. Sed tangibilia et humores faciunt. Si enim non, a quo utique pacientur inanimata et alterabuntur? Ergo nec illa faciunt, aut non omne corpus passivum ab odore et sono. Paciencia indeterminata, et que non manent ut aer: fiet enim sicut paciens aliquid. Quid igitur est odorare preter pati aliquid? Aut et odorare sentire est, aer autem paciens cito sensibilis fit [illegible]

Quod autem non sit sensus preter sensus quinque, dico autem hos quinque sensus visum auditum gustum olfactum et tactum, ex hiis credet aliquis. Si enim omnis cuius est sensus tactus et hunc sensum habemus; omnes enim tangibilis inquantum tangibiles passiones tactu nobis sensibiles sunt. Necesse est si quid deficit aliquis sensus et organum nobis aliquid deficere.

At vero neque commune Secunda pars in qua philosophus ponit sufficienciam sensuum particularium per comparationem ad sensibilia communia. Et potest subdividi in tres partes: primo premittit consequentiam ex similitudine consequentis [illegible]; secundo demonstrat [illegible] concludendo complete se reprobat ibi "Si enim erit"; tertio revertitur ad superfluitatem [illegible] ibi "quaeritur autem". In prima parte sic arguit: Si esset aliquis sensus specialis, maxime esset propter sensibilia communia, sed tunc illa sensibilia communia essent sensibilia per accidens, ut declarabitur [illegible], quod tamen est falsum et contra prius dicta, ergo non est ponere aliquem sensum particularem preter quinque. Nota per istam rationem philosophus intendit probare quod non sit ponendus aliquis sensus proprius pro sensibilibus communibus. Nam ad hoc sequitur quod sensibilia communia essent sensibilia per accidens et non per se, quod tamen est contra prius dicta [illegible]

Secunda quod nichil agat in sensum respectu cuius dicitur esse per accidens sicut albi ... quod habeat potentiam aliquam specialem a qua percipitur per se / Quarta quod omnis cognitio proprii sensibilis ... cognoscitur a potentia propria ... et illa quatuor conveniunt filio Cleonis quia percipitur ... et ad hoc quod quia albedo ... filius ... [illegible]

Inquireret autem hic philosophus circa predicta movet dubium et dicit ... quod hic queret quare habemus plures sensus et non unum tantum. Et hoc movetur ... nam in fine secundi libri philosophus dabit causam quare habemus plures sensus et non unum, et ... ostendit quare sensibilia communia percipiuntur a pluribus sensibus quam ab uno; et primo movet questionem ... [illegible]

quod aliquis propter quare habemus plures sensus ... percipimus communium sensibilium et non unum tantum ... [illegible]

sensibilia

Et quecumque ipsi quidem tangentes sentimus, tactu sensibilia sunt, que existimus habentes; quecumque vero per media et non ipsa tangentes, simplicibus ... dico autem aut aere et aqua. Sic autem se habet ut si quidem per unum plura sensibilia genere altera ab invicem ... necesse habentem huiusmodi sensitivum esse, ut si et aer est sensitivum ut est aer medium soni et coloris. Si vero plura eiusdem sunt ut coloris et aer et aqua, utraque enim diaphona, et quod alterum ipsorum est habens solum sentiet illud per utrumque aut quod est ambobus. Simplicium autem ex duobus his sensitiva solum sunt ex aere et aqua: pupilla quidem aque, auditus vero aeris, olfactus autem horum alterius. Ignis autem nullius aut communis omnibus est; nichil enim sine calore sensitivum est. Terra vero aut nullius est aut in tactu maxime mixta. Unde relinquitur nullum sensitivum esse preter aquam et aerem. Hec autem quedam et nunc habent animalia.

sensibilia communia a pluribus sensibus percipiuntur ... [illegible]

Nec autem sensitivum quoddam ... [illegible]

Circa primam partem ... [illegible]

[illegible]

per actus, et actus per obiecta; et ergo de primo ad ultimum potentie distinguuntur per obiecta; et ergo si unius obiecti essent due potentie, tunc illa esset una potentia, et non differrent nisi [illegible] quo non sunt [illegible], dico sensus si sunt diversi non habentes equalem coordinationem inter se, tunc non sunt unius subiecti, sicut sunt duo sensus particulares. Si autem sunt duo sensus quorum unus est superior et alter inferior, sicut sunt virtutes sensitive inferiores et virtutes sensitive exteriores, tunc [illegible] et unius obiecti, quia id quod est obiectum [illegible] sensus [illegible] et obiectum [illegible] interioris, et [illegible] hoc [illegible] est [illegible] in [illegible] tractat per ingressum, quod sensus sit sui ipsius cognoscitivus, cuius ratio est, quia cognoscibile est sicut agens et cognoscitivus sicut patiens. Sed unum et idem non potest esse agens et patiens, ergo unum et idem non potest esse cognoscitivus et cognoscibile [illegible]

Amplius autem et si alia Omnes igitur sensus habemus non imperfectis neque

Hic plenius probando ponit aliam [illegible] sed quod visio non cognoscitur ab alio sensu quam a visu. Et intendit sic [illegible] orbatis. Videtur autem et talpa sub pelle habere

